

voluntatem Dei eram: ipsum benedicite, & cantate illi.

19. Videbar quidem vobiscum manducare, & bibere: sed ego cibo invisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, utor.

20. Tempus est ergo ut revertar ad eum, qui me misit: vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia eius.

21. Et cum hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatus est, & ultra eum videre non poterunt.

22. Tunc prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum: & exurgentes narraverunt omnia mirabilia eius.

CAPUT XIII.

Tobias senior benedicit ac gratias agit Domino, & universos ad idipsum hortatur: prophetat quoque de restitutione & magna felicitate futura Ierusalem.

Eodem ann. 3299.

1. Aperiens autem Tobias senior os suum, benedixit Dominum, & dixit: Magnus es Domine in æternum, & in omnia sæcula regnum tuum:

* Deut. 32. 39. 1 Reg. 2. 6. Sap. 16. 13.

2. * quoniam tu flagellas, & salvas: deducis ad inferos, & reducis: & non est qui effugiat manum tuam.

3. Confitemini Domino filij Israël, & in conspectu gentium laudate eum:

4. quoniam ideò dispersit vos inter gentes, quæ ignorant eum, ut vos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens præter eum.

5. Ipse castigavit nos propter iniquitates nostras: & ipse salvabit nos propter misericordiam suam.

6. Aspicite ergo quæ fecit nobiscum, & cum timore & tremore confitemini illi regemque sæculorum exaltate in operibus vestris.

7. Ego autem in terra captivitatis meæ confitebor illi: quoniam ostendit maiestatem suam in gentem peccatricem.

8. Convertimini itaque peccatores, & facite iustitiam coram Deo, credentes quod faciat vobiscum misericordiam suam.

9. Ego autem, & anima mea in eo lababitur.

10. Benedicite Dominum omnes electi eius: agite dies lætitiæ, & confitemini illi.

* Gr. Castigabit.

11. Ierusalem civitas Dei, castigavit * te Dominus in operibus manuum tuarum.

12. Confitère Domino in bonis tuis, & benedic Deum sæculorum ut reedificet in te tabernaculum suum, & revocet ad te omnes captivos, & gaudeas in omnia sæcula sæculorum.

13. Luce splendidi fulgebis: & omnes fines terre adorabunt te.

14. * Nationes ex longinquo ad te venient: & munera deferentes, adorabunt 5. in te Dominum, & terram tuam in sanctificationem habebunt.

15. Nomen enim magnum invocabunt in te.

16. Maledicti erunt qui contempserint te: & condemnati erunt omnes qui blasphemaverint te: benedictique erunt qui edificaverint te.

17. Tu autem lætaberis in filiis tuis, quoniam omnes benedicentur, & congregabuntur ad Dominum.

18. Beati omnes qui diligunt te, & qui gaudent super pacem tuam.

19. Anima mea benedic Dominum, quoniam liberavit Ierusalem civitatem suam a cunctis tribulationibus eius, Dominus Deus noster.

20. Beatus ero si fuerint reliquæ seminis mei ad videndam claritatem Ierusalem.

21. * Portæ Ierusalem ex sapphiro & smaragdo edificabuntur: & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius.

22. Ex lapide candido & mundo omnes plateæ eius sternentur: & per vicos eius alleluia cantabitur.

23. Benedictus Dominus, qui exaltavit eam, & sit regnum eius in sæcula sæculorum super eam. Amen.

CAPUT XIV.

Tobias senior moriturus, completis 102. ætatis sue annis, filium ac nepotes ad pietatem hortatur, utque sepultis parentibus & Ninive migrent, quam everentiam dicit, & Ierusalem instaurandam: quod filius observans, tandem ad soceros revertitur, ibique completis 99. annis moritur.

1. ET consummati sunt sermones Tobias. Et postquam illuminatus est Tobias, vixit annis quadragintaduobus, & vidit filios nepotum suorum.

2. Completis itaque annis centum duobus †, sepultus * est honorificè in Ninive.

3. Quinquaginta namque & sex annorum

* Isai. 60.

* 1. Esdr. 3. 8. * Hebr. dispergentur.

† Hebr. comburetur: hæc enim futura, spiritus prophætico prædixit Tobias, quæ ipse videre minime potuit.

* Apoc. 21. 19.

† Gr. Centum quinquaginta. * Anno M. 3341. Ant. Chr. 663.

rùm lumen oculorum amisit, sexagenarius verò recepit.

4. Reliquum verò vite suæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace.

5. in hora autem mortis suæ vocavit ad se Tobiam filium suum, & septem iuvenes filios eius nepotes suos, dixitque eis:

6. Propè erit interitus Ninive: non enim excidit verbum Domini: & * fratres nostri, qui dispersi * sunt a terra Israël revertentur ad eam.

7. Omnis autem deserta terra eius replebitur, & domus Dei, quæ in ea incensa † est, iterum reedificabitur: ibique revertentur omnes timentes Deum,

8. & relinquunt gentes idola sua, & venient in Ierusalem, & inhabitabunt in ea,

9. & gaudebunt in ea omnes reges terræ, adorantes regem Israël.

10. Audite ergo filij mei patrem vestrum: Servite Domino in veritate, & inquirete ut faciatis quæ placita sunt illi:

11. & filij vestri mandate ut faciant iustitias & eleemosynas, ut sint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore in veritate, & in tota virtute sua.

12. Nunc ergo filij audite me, & nolite manere hic: sed quicumque die sepelietis matrem vestram circa me in upo sepul-

chro, ex eo dirigite gressus vestros ut exeatis hinc:

13. video enim quia iniquitas eius finem dabit ei.

14. Factum est autem post obitum matris suæ, Tobias abscessit ex Ninive cum uxore sua, & filiis, & filiorum filiis, & reversus est ad soceros suos.

15. invenitque eos incolumes in senectute bona: & curam eorum gessit, & ipse clausit oculos eorum: & omnem hereditatem domûs Raguelis ipse percepit viditque quintam generationem, filios filiorum suorum.

16. Et completis annis nonagintanovem in timore Domini, cum gaudio sepeliverunt eum.

17. * Omnis autem cognatio eius, & omnis generatio eius in bona vita, & in sancta conversatione permansit, ita ut accepti essent tam Deo, quam hominibus, & cunctis habitantibus in terra.

18. * In Græco & Syro additur: eum audivisse interitum Nioives, priusquam

moretur; quæ a Nabuchodonosore & Assuero capta est, id est a Nabopolassar Nabuchodonosoris magpi patre, & Atliage (Assuero quoque nomine, Daniel. 9. appellato) Cyriavo, qui coniunctis viribus Ninivem oppugnavit: unde etiam Syros ait captivitatem in quam ipsam duxerunt in Mediam. Idque anno 95. in Israëliticâ captivitate, hoc est, anno

3378. Atque ita Tobias junior, qui hic dicitur vixisse 99. annos, fuit annorum 4. cum abduceretur: Et eversa est Ninive, Isaiâ regnante, ut in commentariis in Ionam præmio, Hieronymus quoque confirmat.

LIBER IUDITH.

DE IUDITH tempore & historiâ, varidè disputant eruditi. Hanc alij ante captivitatem collocant; alij post reditum populûm, imperantibus Persis. Nos ita hærentes, ut eam doctis plurimis in priorem partem magis inclinaverimus fecit; quod & Bebatanam conditam, & Ninivem eversam ante ipsam captivitatem legimus. Accedit etiam quod sui iuris tulerant Iudæi, & tam potens Ierusalem ut auderet potentissimo cuique resisteret eum contra fuerit post datam a Cyro libertatem. Et certe si Persarum Monarchia tantam a Iudæis, sibi paulò ante subditis, ignominiam accepisset; qui factum fuisset ut nunquam postea Persæ ab ingratis & perduellionibus panam tante rebellioni repeterent? Adde quod Nabuchodonosor ille Ciliciam, Damascum, Palestinam, vicinâsque regiones occupare conatus sit, quas Reges Persarum sine controversia obtinebant: ut omittam nusquam legi, Reges Persarum in urbe Nino regiam habuisse, aut cuiquam eorum Nabuchodonosoris nomen unquam esse attributum; ut hæc illis historia possit accommodari.

Post restitutum itaque Manassem, istam expeditionem accidisse arbitramur. Anno etenim 1. Olymp. 18. condita est Ecbatana, ut in Græco Eusebij Chronico refertur: is est autem periodi Iulianæ 4006. cum Manasses regnum inierit anno eisdem Periodi 4016. mundi 3306. captisque demum videatur anno regni sui 21. quo tempore novis coloniis in Samariam ab Assaradone missis, ut est Esdræ 4. anno mundi 3327. principes exercitus Regis Assyrii in vicinam Iudeam excurrentes, eum in vepretis quibusdam latitantem ceperunt. Nam qui sexto vel septimo regni sui anno, eius captivitatem adseribunt; non satis mihi attendisse videntur, vix fieri potuisse, ut adolescens a pissimo patre, & a san-

flissimo propheta Isāa consanguineo suo, optimis moribus imbutus, tam citò ad omnia scelera, omnemque crudelitatem prorumperet. At cum Ecbatane conditor Deioeces (qui regnum inivit anno Per. Iul. 4018.) nominetur ab Herodoto, & Arphaxad a sacra historia: magno id argumento est, eundem eiusdem urbis esse conditorem, sed binominem.

Nabuchodonosor verò qui hinc habetur, Saosduchinum esse apparet, Assaradonis filium, Sennacheribi nepotem. Probatur id non solum ex continenti historia, & diligentis annorum compositione, sed etiam ex eo quòd, ut Nabuchodonosor iste anno regni sui 12. Arphaxadem vicit, ita Deioecis exitus circa initium quoque duodecimi anni Saosduchini, ab Herodoto notatur. Saosduchinus ergo ille, & in Regia Assyriorum Ninive regnasce dicitur, & Nabuchodonosor in hac eadem historia, a Babylonensi aliquo Iudæo Chaldaice scripta, quasi communi Babyloniorum vocabulo appellatur: sive quòd proprio nomine parum notus esset apud Dei populum, qui de uno ferè Holoferne audiverat: sive quòd scriptor amborum Imperiorum consuetudinem sic indicare voluerit. Deficiente enim Babyloniorum stirpe regia, Assaradon eòs sub antiquum Assyriorum iugum, iam cum hæc agerentur, reduxerat: & cum scriberentur, Ninive etiam a Nabopolassare Nabuchodonosoris magni patre, funditus eversa, ut supra ad finem Tobie vidimus; in Babylonem utriusque Regni sedes translata tandem erat, ut ex Chronologia nostra intelligi datur. Hic itaque Saosduchinus, anno regni sui 13. ingentes ex devicto Deioeco, sive Arphaxade, animos concipiens; de universis gentibus debellandis consilium inivit, ac Holofernem, Persam genere, ducem militie sue, bellicosum imprimis ac ferocem adversus Occidentis regna misit. Quod evenisse volumus anno periodi Iulianæ 4058. mundi (ex nostro calculo) 3348. Manassis 42.

Hic ita constitutis ferè diluantur omnia, quæ ab aliis objici solent. Nam Holofernes iste, potuit inquirere de moribus, opibus, ducibus, huius populi, vel quia sibi ignota, ut potè alienigenæ, & diù post Manassis captivitatem adveniens; vel ut meliùs omnia (quod diligentiores solent duces) distinctiusque cognosceret. Et Achior rectè respondit, eos cum recessissent a Deo exterminatos præliis a multis nationibus, puta Philistheis, Syris, Æthiopiis, Ægyptiis: & plurimos eorum captivos abductos in terram non suam; puta a Salmanazare, capti Samariâ, ante annos 65. Et eisdem nuper ex dispersione quæ fuerant dispersi adunatos, iterùm Ierusalem possidere; quam, scilicet vel ab hostibus capti, vel timore perterriti, deseruerant, cum ante annos 21. Manasse captivo abducto, alij hinc inde fugâ & latibulis salutis consulissent; alij etiam cum ipso rege Babylonem abducti tardius sortassis remissi essent.

Favet etiam summi sacerdotis Eliachimi, sive Ioachimi nomen, qui sub Manasse exstitisse perhibetur: & non solum tunicam & cingulum habuisse (hoc est potestatem sacerdotalem) sed quasi patrem fuisse habitantibus Ierusalem, & clavem domus David gessisse; ut ipso aperiente non esset qui clauderet, aut claudente qui aperiret, ut est Isaiæ 22. Quibus verbis satis declaratur omne ius, omnemque penes eum auctoritatem fuisse. Manasses enim scelerum panitens, tunc quasi privatus, ut videtur, agebat; nihilque nisi de summi Sacerdotis consilio gerebat. Cum aliòquin etiam inter Mosi instituta positum fuisse referat Iosephus, ut nihil ageret Rex nisi de Pontificis & Seniorum sententiâ: Et tunc præcipuè Manasses totis viribus ad morum mutationem intendens, & ad omnem quâ Deum posset prosequi religionem, ait idem; hæc in unâ tantum re per reliquum vite totus fuerit, ut se gratum pro acceptâ salute præstaret. Gaudens etiam ea que de summo Sacerdote Eliachim & paternâ eius in Hebræos auctoritate vaticinatus fuerat Isaias, re ipsa compleri.

De ætate Iudith hoc insuper considerandum, quòd habet Scripturæ ipsam videlicet in domo viri sui mansisse, sive ut habent Græci codices sensuisse, ad annum ætatis 105. nec toto vitæ eius tempore, nec multis post annis repertum esse quæ Israëlẽ turbaret. Ex eo nos eam annorum fuisse circiter 64. cum ad Holofernem accessit, colligimus. Nec est quòd miretur quis mulierem, isto præsertim sæculo, venustatem ad hos annos retinere potuisse, cum nos, hoc etiam tempore, quinquagenaria mulieri id contigisse viderimus: & aliòquin Iudith, ratione totius vitæ quam vixit, ætatis ferè adhuc mediæ, integræ quidem certè, necessariò tunc haberi debuerit. Sic sanè de Sara olim factum legimus (Gen. 20.) ut cum esset annorum 90. adhuc expeteretur a regibus & raperetur. Adde quòd Deus ipsi Iudithæ, ut testatur scriptura, splendorem conferebat singularem. Superstes ergo fuerit Iudith adhuc annis 41. hoc est ad annum usque M. 3389. a quo 5. restant usque ad annum 3394. quo, a Nechaone Rege Ægypti Iosia percussio, superioris imperii læticia in luctum & mærorem versa est.

Ceterum non hic omitendum, quòd olim præfatus est Hieronymus; se librum hunc e Chaldaeo, magis sensum e sensu, quàm ex verbo verbum referentem, unâ lucubratiunculâ transtulisse: multorum codicum varietatem vitiosissimam amputasse: sola ea que intelligentiâ integrâ in verbis Chaldaicis invenire potuit, Latinis expressisse. Sed Græci aliud exemplar secuti sunt: in quo præcipuam movent difficultatem illa Achioris verba, capituli 5. v. 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. Et templum Dei ipsorum factum est in solum. Quod alij accipiunt pro solo est adæquatum; ut probent hanc historiam post eversionem Templi & captivitatem esse collocandam: Alij verò sic interpretantur; habitum est ut profanum solum: ita ut eam profanationem tantùm intelligi velint quæ a Manasse inducta (4. Reg. 21. 4. 5.) eo captivo abducto adhuc augeri potuit. Certè de Iosia eius nepote legimus, quòd ingenti vi pecuniæ instauraverit templum Domini ac contignationes quas destruxerant reges Iuda. Et aliòquin, qui hanc historiam, vel Cambysi tribuunt, vel Xerxis magnæ expeditioni accommodant; non satis attendunt, illum ne octavum quidem regni annum adimplevisse: hunc verò, anno regni quinto contra Græcos movisse; cum Nabuchodonosor, de quo hic narratur, anno demùm regni sui 13. de universa terra subiuganda consilium illud inierit, infr. cap. 2. Nec magis audiendi, qui Darium Hystaspis hinc adducunt, quod omnino sacre repugnat historie, cum ille de Iudæis sit semper benemeritus: ut omittam Ninivem longè antea eversam. De quâ tamen tota controversia iudicent eruditi.

Antiquam porrò huius libri auctoritatem esse, vel ex eo patet, quòd refert Hieronymus; Hunc in sanctarum scripturarum numero, Nicenam synodum computasse.

CAPUT PRIMUM.

Arphaxad construit urbem Ecbatanis, at verò Nabuchodonosor victo rege Medorum, cunctis regnis imperare cupiens, nuntios ad ea mittit; quibus abique honore remissis, indignatus iurat se id ulturum.

* Is videtur esse Deioeces, qui Arbaci successerat in imperio Medorum.



1. Arphaxad * itaque, rex Medorum, subiugaverat multas gentes imperio suo, & ipse ædificavit civitatem potentissimam, quam appellavit Ecbatanis, 2. ex lapidibus quadratis & sectis: fecit muros eius in latitudinem cubitorum septuaginta, & in altitudinem cubitorum triginta, turres vero eius posuit in altitudinem cubitorum centum. 3. Per quadrum verò earum latus utrumque vicenorum pedum spatio tendebat, posuitque portas eius in altitudinem turrium: 4. & gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum. 5. Anno * igitur duodecimo regni sui Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Ninive civitate magna, pugnavit contra Arphaxad, & obtinuit eum.

6. in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphraten, & Tigrin, & Iadason in campo Erioch regis Elicorum. 7. Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, & cor eius elevatum est: &

misit ad omnes, qui habitabant in Cilicia, & Damasco, & Libano,

8. & ad gentes quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galileam in campo magno Esdrelon,

9. & ad omnes qui erant in Samaria, & trans flumen Iordanem usque ad Ierusalem, & omnem terram Iesse quousque perveniatur ad terminos Æthiopiæ.

10. Ad hos omnes misit nuncios Nabuchodonosor rex Assyriorum: qui omnes uno animo contradixerunt, & remiserunt eos vacuos, & sine honore abiecerunt.

11. Tunc indignatus Nabuchodonosor rex adversus omnem terram illam, iuravit per thronum & regnum suum quòd defenderet se de omnibus regionibus his.

CAPUT II.

Holofernes a Nabuchodonosor mittitur, omnia regna & populos vastaturus: describitur potentia exercitus ipsius; multique locus per ipsum expugnatis, vehementer timor universos inuasit.

Anno M. 3348. Anno tertio decimo Nabuchodonosor regis, vigesima & secundâ die mensis primi, factum est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum ut defenderet se. Vocavitque omnes maiores natu, omnesque duces, & bellatores suos, & habuit cum eis mysterium consilij sui:

3. dixitque cogitationem suam in eo esse, ut omnem terram suo subiugaret imperio.

4. Quod dictum cum placuisset omnibus, vocavit Nabuchodonosor rex Holofernem principem militiae suae,

5. & dixit ei: Egredere adversus omne regnum Occidentis, & contra eos praecipue, qui contempserunt imperium meum.

6. Non parcat oculus tuus ulli regno, omnemque urbem munitam subiugabis mihi.

7. Tunc Holofernes vocavit duces, & magistratus virtutis Assyriorum: & dinumeravit viros in expeditionem, sicut praecipit ei rex, centum viginti millia peditum pugnatorum, & equitum sagittariorum duodecim millia.

8. Omnesque expeditionem suam fecit praere in multitudine innumerabilium camelorum, cum his quae exercitibus sufficerent copiose, boum quoque armenta, gregesque ovium, quorum non erat numerus.

9. Frumentum ex omni Syria in transitu suo parari constituit.

10. Aurum verò, & argentum de domo regis assumpsit multum nimis.

11. Et profectus est ipse, & omnis exercitus cum quadrigis, & equitibus, & sagittariis, qui cooperuerunt faciem terrae, sicut locustae.

12. Cumque pertransisset fines Assyriorum, venit ad magnos montes Ange, qui sunt a sinistro Ciliciae, ascenditque omnia castella eorum, & obtinuit omnem munitionem.

13. Effregit autem civitatem opinatissimam Melothi, praedavitque omnes filios Tharsis, & filios Ismael, qui erant contra faciem deserti, & ad austrum terrae Cellon.

14. Et transiit Euphraten, & venit in Mesopotamiam: & fregit omnes civitates excelsas, quae erant ibi, a torrente Mambre usquequò perveniat ad mare:

15. & occupavit terminos eius, a Cilicia usque ad fines Iapheth, qui sunt ad austrum.

16. Abduxitque omnes filios Madian, & praedavit omnem locupletationem eorum, omnesque resistentes sibi occidit in ore gladii.

17. Et post haec descendit in campos Damasci in diebus messis, & succendit omnia sata, omnesque arbores, & vineas fecit incidere:

18. & cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.

18. & cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.

CAPUT III.

Holoferni se ultro dedunt tantis copiis territi universarum urbium ac provinciarum principes, ex quibus auxiliare ipse sibi assumit; & tamen ipsorum civitates ac deos destruit, quò solus Nabuchodonosor Deus habeatur.

1. Tunc miserunt legatos suos universarum urbium, ac provinciarum reges ac principes, Syriae scilicet Mesopotamiae, & Syriae Sobal, & Libyae, atque Ciliciae, qui venientes ad Holofernem, dixerunt:

2. Desinat indignatio tua circa nos: Melius est enim ut viventes serviamus Nabuchodonosor regi magno, & subditi simus tibi, quam morientes cum interitu nostro ipsi servitutis nostrae damna patiamur.

3. Omnis civitas nostra, omnisque possessio, omnes montes, & colles, & campi, & armenta boum, gregesque ovium, & caprarum, equeorumque & camelorum, & universae facultates nostrae, atque familiae in conspectu tuo sunt:

4. sint omnia nostra sub lege tua.

5. Nos, & filij nostri, servi tui sumus.

6. Veni nobis pacificus dominus, & utere servitio nostro, sicut placuerit tibi.

7. Tunc descendit de montibus cum equitibus in virtute magna, & obtinuit omnem civitatem, & omnem inhabitantem terram.

8. De universis autem urbibus assumpsit sibi auxilios viros fortes, & electos ad bellum.

9. Tantusque metus provinciis illis incubuit, ut universarum urbium habitatores principes, & honorati simul cum populis exirent obviam venienti,

10. expicientes eum cum coronis, & lampadibus, ducentes choros in tympanis, & tibis.

11. Nec ista tamen facientes, ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt:

12. nam & civitates eorum destruxit, & lucos eorum excidit.

13. praeeperat enim illi Nabuchodonosor rex, ut omnes deos terrae exterminaret, videlicet ut ipse solus diceretur Deus ab his nationibus, quae potuissent Holofernis potentia subiugari.

14. Pertransiens autem Syriam Sobal, &

* i. Israelite sive Iudaei: est enim hic nomen generale, ut sepe alibi non peculiare de eorum tribuum, qui iam a Salomansare fuerant deportati; sic tamen ut multi adhuc superessent, semperque supererint ut vel ex una Iacobici catholica clarum est.

† Graecus hic addit: recens enim ascenderant e captivitate & super totus populus CONGREGATUS FUERAT EX IUDAEA, & caeterisque altare & domus ipsa a profanatione fuerant sanctificata. Nota. Notet prudens lector. Certè haec non

omnem Apameam, omnemque Mesopotamiam, venit ad Idumaeos in terram Gabaa,

15. accepitque civitates eorum, & sedit ibi per triginta dies, in quibus diebus adunari praecipit universum exercitum virtutis suae.

CAPUT IV.

Filij Israel vehementer Holofernem tentantes, hortatu Eliachim sacerdotis sese ieiunio ac oratione humiliant & affligunt, auxiliūque a Domino implorant.

1. Tunc audientes haec filij Israel, qui habitabant in Terra Iuda, timuerunt valde a facie eius.

2. Tremor, & horror invasit sensus eorum, ne hoc faceret Ierusalem & templo Domini, quod fecerat ceteris civitatibus & templis earum.

3. Et miserunt in omnem Samariam per circuitum usque Iericho, & praecipuerunt omnes vertices montium:

4. & muris circumderunt vicos suos, & congregaverunt frumenta in preparationem pugnae.

5. Sacerdos etiam Eliachim scripsit ad universos, qui erant contra Esdrelon, quae est contra faciem campi magni iuxta Dothain, & universos, per quos viae transitus esse poterat,

6. ut obtinerent ascensus montium, per quos via esse poterat ad Ierusalem, & illic custodirent ubi angustum iter esse poterat inter montes.

7. Et fecerunt filij Israel secundum quod constituerat eis sacerdos Domini Eliachim.

8. Et clamavit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliaverunt animas suas in ieiuniis, & orationibus, ipsi & mulieres eorum.

9. Et induerunt se Sacerdotes cilicis, & infantes prostraverunt contra faciem templi Domini, & altare Domini operuerunt cilicio:

10. & clamaverunt ad Dominum Deum Israel unanimitè ne darentur in praedam Infantes eorum, & uxores eorum in divisionem, & civitates eorum in exterminium, & sancta eorum in pollutionem, & fierent opprobrium Gentibus.

11. Tunc Eliachim, sacerdos Domini magnus, circumivit omnem Israel, allocutusque est eos,

12. dicens: Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in ieiuniis, & orationibus in conspectu Domini.

13. * Memores estote Moysi servi Domini, qui Amalec confidentem in virtute sua, & in potentia sua, & in exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit:

14. sic erunt universi hostes Israel: si perseveraveritis in hoc opere, quod coepistis.

15. Ad hanc igitur exhortationem eius deprecantes Dominum, permanebant in conspectu Domini,

16. ita ut etiam hi, qui offerebant Domino holocausta, praecincti ciliciis offerrent sacrificia Domino, & erat cinis super capita eorum.

17. Et ex toto corde suo omnes orabant Deum, ut visitaret populum suum Israel.

Intelligenda: alter enim diceret reedificatam, non solum sanctificatam, si de secundo templo loqui voluisset. Cum & Chaldaeus, quem hic secutus est Hieronymus, quò dicit horrorem invasisse sensus eorum, ne hoc fieret templo Domini, quod factum fuerat templis aliarum civitatum, idem adhuc innuit: alioqui enim debuisset dicere, quòd olim a Nabuchodonosore iam factum fuerat Templo Domini & Ierusalem; non aliarum tantum civitatum calamitatem in exemplum advocare. * Exod. 17. 12.

CAPUT V.

Rogatus ab Holoferne Achior dux Ammonitarum de genere Israelitarum, enarrat Dei mirabilia circa populum Israelitarum, monetque ne temerè contra illos pugnet: quibus auditis, indignantur ipsi Achior principes Holofernis.

1. Nunciatumque est Holoferni principi militiae Assyriorum, quòd filij Israel praepararent se ad resistendum, ac montium itinera conclusissent,

2. & furore nimio exarsit in iracundia magna, vocavitque omnes principes Moab & duces Ammon,

3. & dixit eis: Dicite mihi quis sit populus iste, qui montana obsidet: aut quae, & quales, & quantae sint civitates eorum: quae etiam sit virtus eorum, aut quae sit multitudo eorum: vel quis rex militiae illorum:

4. & quare praee omnibus, qui habitant in Oriente, isti contempserunt nos, & non exierunt obviam nobis ut susciperent nos cum pace?

5. Tunc

5. Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon respondens, ait: Si digneris audire domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo de populo isto, qui in montana habitat, & non egredietur verbum falsum ex ore meo.

6. Populus iste ex progenie Chaldaeorum est.

7. hic primùm in Mesopotamia habitavit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum, qui erant in Terra Chaldaeorum.

8. Deserentes itaque ceremonias patrum suorum, quae in multitudine deorum erant,

9. unum Deum caeli coluerunt, * qui & praecipit eis ut exirent inde, & habitarent in Charan †. Cùmque operuisset omnem terram fames, * descenderunt in Ægyptum, illicque || per quadringentos annos sic multiplicati sunt, ut dinumerari eorum non posset exercitus.

10. Cùmque gravaret eos rex Ægypti, atque in aedificationibus urbium suarum in luto & latere subiugasset eos, clamaverunt ad Dominum suum, & percussit totam Terram Ægypti plagis variis.

11. * Cùmque eiecissent eos Ægypti a se, & cessasset plaga ab eis, & iterùm eos vellent capere, & ad suum servitium revocare,

12. ** fugientibus his Deus caeli mare aperuit, ita ut hinc inde aquae quasi murus solidarentur, & isti pede sicco fundum maris perambulando transirent.

13. In quo loco dum innumerabilis exercitus Ægyptiorum eos persequeretur, ita aquis cooperatus est, ut non remaneret vel unus, qui factum posteris nunciaret.

14. Egressi verò mare rubrum, deserta Sinae montis occupaverunt, in quibus nunquam homo habitare potuit, vel filius hominis requievit.

15. Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum, & per annos quadraginta annonam de caelo consecuti sunt.

16. Ubicumque ingressi sunt sine arcu & sagitta, & absque scuto & gladio, Deus eorum pugnavit pro eis, & vicit.

17. Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit a cultu Domini Dei sui.

18. Quotiescumque autem praeter ipsum Deum suum, alterum coluerunt, dati sunt in praedam, & in gladium, & in opprobrium.

19. Quotiescumque autem poenituerunt se recessisse a cultura Dei sui, dedit eis Deus caeli virtutem resistendi.

20. Denique Chanaanem regem, & Iebusæum, & Pherezæum, & Hethæum, & Hevæum, & Amorrhæum, & omnes potentes in Hesebon prostraverunt, & terras eorum, & civitates eorum ipsi possederunt:

21. & usque dum non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona: Deus enim illorum odit iniquitatem.

22. Nam & ante hos annos cùm recessissent a viâ, quam dederat illis Deus, ut ambularent in ea, exterminati sunt praëliis a multis nationibus *, & plurimi eorum captivi abducti sunt in terram non suam †.

23. Nuper autem reversi ad Dominum Deum suum, ex dispersione qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana haec omnia, & iterùm possident Ierusalem, ubi sunt sancta eorum.

24. Nunc ergo mi domine, perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum: ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potentiae tuae.

25. Si verò non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis: quoniam Deus eorum defendet illos: & erimus in opprobrium universae terrae.

26. Et factum est, cùm cessasset loqui Achior verba haec, irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum:

27. Quis est iste, qui filios Israël posse dicat resistere regi Nabuchodonosor, & exercitibus eius, homines inermes, & sine virtute, & sine peritia artis pugnae?

28. Ut ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos, ascendamus in montana: & cùm capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transverberabitur:

29. ut sciat omnis gens quoniam Nabuchodonosor deus terrae est, & praeter ipsum alius non est.

20. Denique Chanaanem regem, & Iebusæum, & Pherezæum, & Hethæum, & Hevæum, & Amorrhæum, & omnes potentes in Hesebon prostraverunt, & terras eorum, & civitates eorum ipsi possederunt:

21. & usque dum non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona: Deus enim illorum odit iniquitatem.

22. Nam & ante hos annos cùm recessissent a viâ, quam dederat illis Deus, ut ambularent in ea, exterminati sunt praëliis a multis nationibus *, & plurimi eorum captivi abducti sunt in terram non suam †.

23. Nuper autem reversi ad Dominum Deum suum, ex dispersione qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana haec omnia, & iterùm possident Ierusalem, ubi sunt sancta eorum.

24. Nunc ergo mi domine, perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum: ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potentiae tuae.

25. Si verò non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis: quoniam Deus eorum defendet illos: & erimus in opprobrium universae terrae.

26. Et factum est, cùm cessasset loqui Achior verba haec, irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum:

27. Quis est iste, qui filios Israël posse dicat resistere regi Nabuchodonosor, & exercitibus eius, homines inermes, & sine virtute, & sine peritia artis pugnae?

28. Ut ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos, ascendamus in montana: & cùm capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transverberabitur:

29. ut sciat omnis gens quoniam Nabuchodonosor deus terrae est, & praeter ipsum alius non est.

30. Et factum est, cùm cessasset loqui Achior verba haec, irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum:

31. Quis est iste, qui filios Israël posse dicat resistere regi Nabuchodonosor, & exercitibus eius, homines inermes, & sine virtute, & sine peritia artis pugnae?

32. Ut ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos, ascendamus in montana: & cùm capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transverberabitur:

33. ut sciat omnis gens quoniam Nabuchodonosor deus terrae est, & praeter ipsum alius non est.

34. Et factum est, cùm cessasset loqui Achior verba haec, irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum:

35. Quis est iste, qui filios Israël posse dicat resistere regi Nabuchodonosor, & exercitibus eius, homines inermes, & sine virtute, & sine peritia artis pugnae?

36. Ut ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos, ascendamus in montana: & cùm capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transverberabitur:

37. ut sciat omnis gens quoniam Nabuchodonosor deus terrae est, & praeter ipsum alius non est.

38. Et factum est, cùm cessasset loqui Achior verba haec, irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum:

39. Quis est iste, qui filios Israël posse dicat resistere regi Nabuchodonosor, & exercitibus eius, homines inermes, & sine virtute, & sine peritia artis pugnae?

40. Ut ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos, ascendamus in montana: & cùm capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transverberabitur:

41. ut sciat omnis gens quoniam Nabuchodonosor deus terrae est, & praeter ipsum alius non est.

† Nempse in Gen. 11. 37. cum Achior. 7. Quare si hic liceret conuentionem versis sequentis inserere, sic; & quoniam noluerunt... deserentes ceremonias, &c. sensus omnino planus esset: qui alioquin cum oratione Stephani (Act. 7.) aut Iosue (Ios. 24.) segrè componitur. Sed omnibus Achioris verbis auctoritatem canonicam tribuere, nihil nos cogit. * Genes. 12. 1. † Graeci & Syrus in Chanaan, quod suadet historiae series. * Genes. 46. 6. † Desunt in Graec. & Syr. illa verba per quadringentos annos, qui tamen sic admitti possunt, ut verbum illic ad terram Chanaan aequè ac Ægyptum referatur. Confer cum Gen. 15. 13. Exod. 12. 40. & vide ibi annotata. * Exod. 12. 33. ** Exod. 14. 19.

* Pata Philisthis Syria, Ægyptiis, &c. de quibus in libris Regum. † Pata a Salimanasare: in iud & ab Assyriis, qui Manasse captivum abduxerunt. Certè si de captivitate a Nabuchodonosore facta loqueretur; potius omnes quam plurimi eorum dixisset. Graecus verò hic addit; & templum eorum in Ægypto, nempe profanum, factum est. Id enim de profanatione, non destructione dictum, manifestum factum supra cop. 4. §. 2. annotavimus.

CAPUT VI.

Iratus Holofernes iubet Achior duci in Bethuliam, ut eâ devictâ simul puniatur; at servi a fundibulariis repulsi, eum arbori alligant: quem solutum filij Israël cognitâ causâ benignè consolantur, Deum humiliter implorantes.

1. FACTUM est autem cùm cessasset loqui, indignatus Holofernes vehementer, dixit ad Achior:

2. Quoniam prophetasti nobis dicens, quod gens Israël deditur a Deo suo, ut ostendam tibi quoniam non est Deus, nisi Nabuchodonosor:

3. cùm percussissem eos omnes, sicut hominem unum, tunc & ipse cum illis Assyriorum gladio interibis, & omnis Israël tecum perditione disperiet:

4. & probabis quoniam Nabuchodonosor dominus sit universae terrae: tuncque gladius militiae meae transiet per latera tua, & confixus cades inter vulneratos Israël, & non respirabis ultrâ, donec extermineris cum illis.

5. Porro autem si prophetiam tuam veram existimas, non concidat vultus tuus, & pallor, qui faciem tuam obtinet, abscedat a te, si verba mea haec putas impleri non posse.

6. Ut autem noveris quia simul cum illis haec experieris, ecce ex hac hora illum populo sociaberis, ut, dum dignas mei gladij pœnas exceperint, ipse simul ultioni subiaceas.

7. Tunc Holofernes praecipit servis suis ut comprehenderent Achior, & traderent eum in Bethuliam *, & traderent eum in manus filiorum Israël.

8. Et accipientes eum servi Holofernis, profecti sunt per campestria: sed cùm appropinquassent ad montana, exierunt contra eos fundibularij.

9. Illi autem divertentes a latere montis, ligaverunt Achior ad arborem manibus & pedibus, & sic vincitum restibus dimiserunt eum, & reversi sunt ad dominum suum.

10. Porro filij Israël descendentes de Bethulia, venerunt ad eum: Quem solventes duxerunt ad Bethuliam, atque in medium populi illi stantes, percunctati sunt quid rerum esset quod illum vincitum Assyrij reliquissent.

11. In diebus illis erant illic principes, Ozias filius Micha de tribu Simeon, & Charmi, qui & Gothoniel.

12. In medio itaque seniorum, & in

conspectu omnium, Achior dixit omnia quae locutus ipse fuerat ab Holoferne interrogatus: & qualiter populus Holofernis voluisset propter hoc verbum interficere eum,

13. & quemadmodum ipse Holofernes iratus iusserit eum Israëlitis hac de causa tradi: ut, dum vicerit filios Israël, tunc & ipsum Achior diversis iubeat interire suppliciis, propter hoc quod dixisset: Deus caeli defensor eorum est.

14. * Cùmque Achior universa haec exposuisset, omnis populus cecidit in faciem, adorantes Dominum, & communi lamentatione & fletu unanimes preces suas Domino effuderunt,

15. dicentes: Domine Deus caeli & terrae, intue superbia eorum, & respice ad nostram humilitatem, & faciem sanctorum tuorum attende, & ostende quoniam non derelinquis praesumentes de te: & praesumentes de se, & de sua virtute gloriantes, humilia.

16. Finito itaque fletu, & per totam diem oratione populum completâ, consolati sunt Achior,

17. dicentes: Deus patrum nostrorum, cuius tu virtutem praedicasti, ipse tibi haec dabit vicissitudinem, ut eorum magis tu interitum videas,

18. Cùm verò Dominus Deus noster dederit hanc libertatem servis suis, sit & tecum Deus in medio nostri: ut sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus converteris nobiscum.

19. Tunc Ozias, finito consilio, suscepit eum in domum suam, & fecit ei cenam magnam.

20. Et vocatis omnibus presbyteris, simul expleto ieiunio refecerunt.

21. Postea verò convocatus est omnis populus, & per totam noctem intra ecclesiam oraverunt petentes auxilium a Deo Israël.

CAPUT VII.

Holofernes Bethuliam obsidet, ac practico aqueductu iubet fontes omnes custodiri: quapropter cives siti cruciati civitatem tradere cupiunt; Ozias tamen princeps populi persuadet, ut ad quinque dies hoc differatur.

1. Holofernes autem alterâ die praecipit exercitibus suis ut ascenderent contra Bethuliam.

2. Erant autem pedites bellatorum centum viginti millia, & equites viginti duo mil-

subiei nolent: Ad quod etiam referunt dictum de Simeoni — bus. Gen. 49. 7. dispergam eos in Israël.

* Supr. 5. 6.

millia, præter præparationes virorum illorum, quos occupaverat captivitas, & abducti fuerant de provinciis & urbibus universæ iuventutis.

3. Omnes paraverunt se pariter ad pugnam contra filios Israël, & venerunt per crepidinem montis usque ad apicem, qui respicit super Dohain, a loco qui dicitur Belma usque ad Chelmon, qui est contra Esdrelon.

4. Filij autem Israël ut viderunt multitudinem illorum, prostraverunt se super terram, mittentes cinerem super capita sua, unanimes orantes ut Deus Israël misericordiam suam ostenderet super populum suum.

5. Et assumptis arma sua bellica, sederunt per loca, quæ ad angusti itineris tramitem dirigunt inter montosa, & erant custodientes ea totâ die & nocte.

6. Porro Holofernes, dum circuit per gyrum, reperit quoddam fons, qui infuebat, aqueductum illorum, a parte australi extra civitatem dirigeret: & incidi præcepit aqueductum illorum.

7. Erant tamen non longè a muris fontes, ex quibus furtim videbantur haurire aquam ad refocillandum potius quàm ad potandum.

8. Sed filij Ammon, & Moab accesserunt ad Holofernem, dicentes: Filij Israël non in lancea, nec in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos, & muniunt illos colles in præcipitio constituti.

9. Ut ergo sine congressione pugne possis superare eos, pone custodes fontium, ut non hauriant aquam ex eis, & sine gladio interficias eos, vel certè fatigati tradent civitatem suam, quam putant in montibus positam superari non posse.

10. Et placuerunt verba hæc coram Holoferne, & coram satellitibus eius, & constituit per gyrum centenarios per singulos fontes.

11. Cùmque ista custodia per dies viginti fuisset expleta, defecerunt cisternæ, & collectiones aquarum omnibus habitantibus Bethullam, ita ut non esset intra civitatem unde satiantur vel unâ die, quoniam ad mensuram dabatur populis aqua quotidiè.

12. Tunc ad Oziam congregati omnes viri, feminaeque, iuvenes, & parvuli, omnes simul unâ voce

13. dixerunt: * Iudicet Deus inter nos & te, quoniam fecisti in nos mala, nolens loqui pacificè cum Assyriis, & propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum.

14. Et ideò non est, qui adiuvet, cùm

* Exod. 5. 21.

prosternamur ante oculos eorum in siti, & perditione magna.

15. Et nunc congregate universos, qui in civitate sunt, ut spontè tradamus nos omnes populo Holofernis.

16. Melius est enim ut captivi benedicamus Dominum, viventes, quàm moriamur, & simus opprobrium omni carni, cùm viderimus uxores nostras, & infantes nostros mori ante oculos nostros.

17. Contestamur hodiè cælum & terram, & Deum patrum nostrorum, qui ulciscitur nos secundùm peccata nostra, ut iam tradatis civitatem in manu militiæ Holofernis, & sit finis noster brevis in ore gladii, qui longior efficitur in ariditate sitis.

18. Et cùm hæc dixissent, factus est fletus & ululatus magnus in ecclesia ad omnibus, & per multas horas unâ voce clamaverunt ad Deum, dicentes:

19. * Peccavimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus.

20. Tu, quia pius es, miserere nostri, aut in tuo flagello vindica iniquitates nostras, & noli tradere confitentes te populo, qui ignorat te.

21. ut non dicant inter Gentes: Ubi est Deus eorum?

22. Et cùm fatigati his clamoribus, & his fletibus lassati siluissent,

23. exurgens Ozias infusus lacrymis, dixit: A quo animo estote fratres, & hos quinque dies expectemus a Domino misericordiam.

24. Forsitan enim indignationem suam abscondet, & dabit gloriam nomini suo.

25. Si autem transactis quinque diebus non venerit adiutorium, faciemus hæc verba, quæ locuti estis.

CAPUT VIII.

Iudith, cuius stirps & laus describitur, vacillantes presbyteros & præ angustia de- ditionem quinto die meditantes obtur- gat, quod tempus Domini miserationi præscriperint; eosque hortatur ut patriam exemplo populum ad patientiam animi, ac pro se Deum præcurent, nec factum suum scrutentur.

1. **E**T factum est, cùm audisset hæc verba Iudith vidua, quæ erat filia Merari, filij Ioseph, filij Ozias,

* Psal. 105. 6.

* Rectè notat Card. Beclarminus hic, intra Iuditham.

† Gr. Filij Israël, & ita omnino legendum ex S. Fulgentio, sententiam Bel-larminus, Serrarius, & alij. Neque enim Iudith ex tribu Ruben sed ex tribu Simeon, infra 9. 2. nec Ruben habuit filium aliquem nomine Simeonis, ut ex Exod. 6. 14. & 1. Par. 5. 3. patet.

Ozias, filij Elai, filij Iamnor, filij Geodeon, filij Rapha'lm, filij Achitob, filij Melchiaz, filij Enan, filij Nathaniaz, filij Salathiel, filij Simeon, filij Ruben †:

2. & vir eius fuit Manasses, qui mortuus est in diebus messis bordeaceæ:

3. instabat enim super alligantes manipulos in campo, & venit æstus super caput eius, & mortuus est in Bethulia civitate sua, & sepultus est illic cum patribus suis.

4. Erat autem Iudith relicta eius vidua iam annis tribus, & mensibus sex.

5. Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur,

6. & habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vite suæ, præter sabbata, & neomenias, & festa domus Israël.

7. Erat autem elegantis aspectu nimis, sui viri super reliquerat divitias multas, & familiam copiosam, ac possessiones armentis boum, & gregibus ovium plenas.

8. Et erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valdè, nec erat qui loqueretur de illa verbum malum.

9. Hæc itaque cùm audisset quoniam Ozias promississet quod transacto quinto die traderet civitatem, misit ad presbyteros Chabri, & Charmi.

10. Et venerunt ad illam, & dixit illis: Quod est hoc verbum, in quo consensit Ozias, ut tradat civitatem Assyriis si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium?

11. Et qui estis vos, qui tentatis Dominum?

12. Non est iste sermo, qui misericordiam provocet, sed potius qui iram excitet, & furorem accendat.

13. Posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum, diem constituistis ei.

14. Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso peniteamus, & indulgentiam eius fuis lacrymis postulemus:

15. non enim quasi homo, sic Deus comminabitur, neque sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur.

16. Et ideò humilitemus illi animas nostras, & in spiritu constituti humiliato, servientes illi,

17. dicamus flentes Domino, ut secundùm voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam: ut sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum,

ita etiam de nostra humilitate gloriemur:

18. quoniam non sumus secuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt Deum suum, & adoraverunt deos alienos,

19. pro quo scelere dati sunt in gladium, & in rapinam, & in confusionem inimicis suis: nos autem alterum Deum nescimus præter ipsum.

20. Expectemus humiles consolationem eius, & exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum, & humiliabit omnes Gentes, quæcumque insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore Dominus Deus noster.

21. Et nunc fratres, quoniam vos estis presbyteri in fratre Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, ut memores sint, quia tentati sunt patres nostri ut probarentur, si verè colerent Deum suum.

22. * Memores esse debent, quomodò pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est.

23. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles.

24. * Illi autem, qui tentationes non susceperunt cum timore Domini, & impatientiam suam & improprium murmurationis suæ contra Dominum protulerunt,

25. * exterminati sunt ab exterminatore, & a serpentibus perierunt.

26. Et nos ergo non ulciscamur nos pro his, quæ patimur,

27. sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse flagella Domini, quibus quasi servi corripimur ad emendationem, & non ad perditionem nostram evenisse credamus.

28. Et dixerunt illi Ozias, & presbyteri: Omnia, quæ locuta es, vera sunt, & non est in sermonibus tuis ulla reprehensio.

29. Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier sancta es, & timens Deum.

30. Et dixit illis Iudith: Sicut quod potui loqui, Dei esse cognoscitis:

31. ita quod facere disposui, probate si ex Deo est, & orate ut firmum faciat Deus consilium meum.

32. Stabitis vos ad portam nocte istâ, & ego exeam cum abra mea: & orate, ut sicut dixistis, in diebus quinque respiciat Dominus populum suum Israël.

33. Vos autem nolo ut scrutemini a vobis meum, & usque dum renunciem vobis.

* Gen. 22.

* Num. 14. 36.

* 1. Cor. 10. 9.

nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum.

34. Et dixit ad eam Ozias princeps Iuda: Vade in pace, & Dominus sit tecum in ultionem inimicorum nostrorum. Et revertentes abierunt.

CAPUT IX.

Iudith sese affligens ac humilians, pro populi liberatione prostrata precatur, utque sibi virtus detur evertendi Holofernem.

1. **Q**uibus abscedentibus, Iudith ingressa est oratorium suum: & induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum: & prosternens se Domino, clamabat ad Dominum, dicens: 2. Domine Deus patris mei Simeon, * qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores exiterunt in coinquinatione sua, & denudaverunt femur virginis in confusionem: 3. & dedisti mulieres illorum in praedam, & filias illorum in captivitatem: & omnem praedam in divisionem servis tuis, qui zelaverunt zelum tuum: subveni quaeso te Domine Deus meus mihi viduae.

4. Tu enim fecisti priora, & illa post illa cogitasti: & hoc factum est quod ipse voluisti.

5. Omnes enim viae tuae paratae sunt, & tua iudicia in tua providentia posuisti.

6. * Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Aegyptiorum videre dignatus es, quando post servos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis, & in equitatu suo, & in multitudine bellatorum.

7. Sed aspexisti super castra eorum, & tenebrae fatigaverunt eos.

8. Tenuit pedes eorum abyssus, & aquae operuerunt eos.

9. Sic fiant & isti, Domine, qui confidunt in multitudine sua, & in curribus suis, & in contis, & in scutis, & in sagittis suis, & in lanceis gloriantur,

10. & nesciunt quia tu ipse es Deus noster, qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen est tibi.

11. Erige brachium tuum sicut ab initio, & allide virtutem illorum in virtute tua: cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt se violare sancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui, & deicere gladio suo cornu altaris tui.

12. Fac Domine, ut gladio proprio eius superbia amputetur:

13. capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percutes eum ex labiis charitatis meae.

14. Da mihi in animo constantiam, ut contemnam illum: & virtutem, ut evertam illum.

15. * Erit enim hoc memoriale nominis tui, cum manus feminae dejecerit eum.

16. Non enim in multitudine est virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi ab initio placuerunt tibi: sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.

17. Deus caelorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturae, exaudi mihi miseram deprecantem, & de tua misericordia praesumentem.

18. Memento Domine testamenti tui, & da verbum in ore meo, & in corde meo consilium corrobora, ut domus tua in sanctificatione tua permaneat:

19. & omnes Gentes agnoscant quia tu es Deus, & non est alius praeter te.

CAPUT X.

Iudith pulcherrima aptissime ornata Bethuliam cum sua ancilla egreditur, & ab exploratoribus deprehensa ducitur ad Holofernem, qui mox eius caput pulchritudine,

1. **F**actum est autem, cum cessasset clamare ad Dominum, surrexit de loco, in quo iacuerat prostrata ad Dominum.

2. Vocavitque abram suam, & descendens in domum suam, abstulit a se cilicium, & exiit se vestimentis viduitatis suae,

3. & lavit corpus suum, & anxie se myro optimo, & discriminavit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatis suae, induitque sandalia pedibus suis, assumpsitque dextraliola, & lilia, & in aures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornavit se.

4. Cui etiam Dominus contulit splendorem: quoniam omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat: & ideo Dominus hanc in illam pulchritudinem ampliavit, ut incomparabili decore omnium oculis appareret.

5. Imposuit itaque abra suae ascoperam vini, & vas olei, & polentam, & palathas, & panes, & caseum, & profecta est.

6. Cumque venissent ad portam civitatis, in-

* Gen. 34. 25.

* Exod. 14. 9.

* Iud. 4. 21. & 5. 26.

invenerunt expectantem Oziam & presbyteros civitatis.

7. Qui cum vidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem eius.

8. Nihil tamen interrogantes eam, dimiserunt transire, dicentes: Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, & omne consilium tui cordis sua virtute corroboret, ut glorietur super te Ierusalem, & sit nomen tuum in numero sanctorum & iustorum.

9. & dixerunt hi qui illic erant, omnes una voce: Fiat, fiat.

10. Iudith vero orans Dominum, transiit per portas ipsa & abra eius.

11. Factum est autem, cum descenderet montem, circa ortum diei, occurret ei explorator Assyriorum, & tenebant eam, dicentes: Unde venis? aut quod vadis?

12. Quae respondit: Filla sum Hebraeorum, ideo ego fugi a facie eorum, quoniam futurum agnovi, quod datur vobis in depraedationem, pro eo quod contemnentis vos, noluerunt ultrò tradere seipos ut invenirent misericordiam in conspectu vestro.

13. Hac de causa cogitavi mecum, dicens: Vadam ad faciem principis Holofernis, ut indicem illi secreta illorum, & ostendam illi quod aditu possit obtinere eos, ita ut non cadat virtus de exercitu eius.

14. Et cum audissent viri illi verba eius, considerabant faciem eius, & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis.

15. Et dixerunt ad eam: Conservasti animam tuam eo quod tale reperisti consilium, ut descenderes ad dominum nostrum.

16. Hoc autem scias, quoniam cum steteris in conspectu eius, bene tibi faciet, & erit gratissima in corde eius. Duxeruntque illam ad tabernaculum Holofernis annunciantes eam.

17. Cumque intrasset ante faciem eius, statim captus est in suis oculis Holofernes.

18. Dixeruntque ad eum satellites eius: Quis contemnat populum Hebraeorum, qui tam decoras mulieres habent, ut non pro his merito pugnet contra eos? & beamus illi in vestraque parte.

19. Videns itaque Iudith Holofernem sedentem in conopoeo, quod erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis inrextum: id magnum mirantur

20. & cum in faciem eius intenderet, adoravit eum, prosternens se super terram. Et elevaverunt eam servi Holofernis, iubente domino suo.

CAPUT XL

Iudith ab Holoferne super causa fugae suae interrogata imponit illi speciosam pollicens victoriam.

1. **T**unc Holofernes dixit ei: A quo animo esto, & noli pavere in corde tuo: quoniam ego numquam nocui viro, qui voluit servire Nabuchodonosor regi.

2. Populus autem tuus, si non contempsisset me, non levasset lanceam meam super eum.

3. Nunc autem dic mihi, quia ex causa recessisti ab illis, & placuit tibi ut venires ad nos?

4. Et dixit illi Iudith: Same verba ancillae tuae, quoniam si setutus fueris verba ancillae tuae, perfectam rem faciet Dominus tecum.

5. Vivit enim Nabuchodonosor rex terrae, & vivit virtus eius, quae est in te ad correctionem omnium animarum errantium: quoniam non solum homines serviant illi per te, sed & bestiae agri obtinent illi.

6. Nunciatur enim animi tui industria universis gentibus, & indicatum est omni saeculo, quoniam tu solus bonus, & potens es in omni regno eius, & disciplina tua omnibus provinciis praedicatur.

7. * Nec hoc latet, quod locutus es Achior, nec illud ignoratur, quod ei iusseris evenire.

8. Constat enim, Deum nostrum sic peccatis offensum, ut mandaverit per prophetas suos ad populum, quod tradat eum pro peccatis suis.

9. Et quoniam sciunt se offendisse Deum suum filij Israel, tremor tuus super ipsos est.

10. Insuper etiam famines invasit eos, & ab ariditate aquae iam inter mortuos computantur.

11. Denique hoc ordinant, ut interficiant peccata sua, & bibant sanguinem eorum.

12. & sancta Domini Dei sui qua praecipit Deus, non contingit, in frumento, vino, & oleo, haec cogitaverunt implere, & volunt consumere quae nec ma-

* Hinc etiam concicere licet historiam hanc ante captivitatem evenisse.

* Lege id Levit. 17. 10.

nibus deberent contingere: ergo quoniam hæc faciunt, certum est quod in perditionem dabuntur.

13. Quod ego ancilla tua cognoscens, fugi ab illis, & misit me Dominus hæc ipsa nunciare tibi.

14. Ego enim ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te: & exiet ancilla tua, & orabo Deum,

15. & dicet mihi quando eis reddat peccatum suum, & veniens nunciabo tibi, ita ut ego adducam te per mediam Ierusalem, & habebis omnem populum Israël, sicut oves, quibus non est pastor, & non latrabit vel unus canis contra te:

16. quoniam hæc mihi dicta sunt per providentiam Dei.

17. Et quoniam iratus est illis Deus, hæc ipsa missa sum nunciare tibi.

18. Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holoferne, & coram pueris eius, & mirabantur sapientiam eius, & dicebant alter ad alterum:

19. non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum.

20. Et dixit ad illam Holofernes: Beneficis Deus, qui misit te ante populum, ut des illum tu in manibus nostris:

21. & quoniam bona est promissio tua, si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit & Deus meus, & tu in domo Nabuchodonosor magna eris, & nomen tuum nominabitur in universa terra.

CAPUT XII.

Iudith in locum thesaurorum Holofernis introducitur, facultatem obtinet propriis vescendi cibis, nocteque ad orationem egrediendi: quarto autem die in convivium inducitur, coram Holoferne comedit & bibit: qui eius concupiscentiâ ardens, vehementer inebriatur.

1. Tunc iussit eam introire ubi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere eam, & constituit quid daretur illi de convivio suo.

2. Cui respondit Iudith, & dixit: Nunc non potero manducare ex his, quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio: ex his autem, quæ mihi detuli, manducabo.

3. Cui Holofernes ait: Si defecerint tibi ista, quæ tecum detulisti, quid facies tibi?

4. Et dixit Iudith: Vivit anima tua do-

mine meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc, quæ cogitavi. Et induxerunt illam servi eius in tabernaculum, quod præceperat.

5. Et petiit dum introiret, ut daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Dominum.

6. Et præcepit cubiculariis suis ut sicut placeret illi, exiret & introiret ad adorandum Deum suum, per triduum:

7. & exibat noctibus in vallem Bethulie, & baptizabat se in fonte aque.

8. Et ut ascendebat, orabat Dominum Deum Israël, ut dirigeret viam eius ad liberationem populi sui.

9. Et introiens, munda manebat in tabernaculo usque dum acciperet escam suam in vespere.

10. Et factum est, in quarto die Holofernes fecit cenam servis suis, & dixit ad Vagao eunuchum suum: Vade, & suade Hebræam illam ut sponte consentiat habitare mecum.

11. Fædum est enim apud Assyrios, si femina irideat virum agendo ut immunis ab eo transeat.

12. Tunc introivit Vagao ad Iudith, & dixit: Non vereatur bona puella introire ad dominum meum, ut honorificetur ante faciem eius, ut manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate.

13. Cui Iudith respondit: Quæ ego sum, ut contradicam domino meo?

14. Omne quod erit ante oculos eius bonum & optimum faciam. Quidquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vite meæ.

15. Et surrexit, & ornavit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem eius.

16. Cor autem Holofernis concussum est: erat enim ardens in concupiscentia eius.

17. Et dixit ad eam Holofernes: Bibe nunc, & accumbe in iucunditate, quoniam invenisti gratiam coram me.

18. Et dixit Iudith: Bibam domine, quoniam magnificata est anima mea hodie præ omnibus diebus meis.

19. Et accepit, & manducavit, & bibit coram ipso ea, quæ paraverat illi ancilla eius.

20. Et iucundus factus est Holofernes ad eam, bibitque vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita sua.

CA-

CAPUT XIII.

Iudith factâ ad Deum oratione præcidit caput ebrij Holofernis: quod ad concives Bethulie effertur, eos ad gratiarum actionem hortatur: ipsa vero ab omnibus benedicitur, & Achior viso Holofernis capite obstupescit.

1. UT autem sero factum est, festinaverunt servi illius ad hospitium suum, & conclusit Vagao ostia cubiculi, & abiit.

2. erant autem omnes fatigati a vino:

3. eratque Iudith sola in cubiculo.

4. Porro Holofernes iacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus.

5. Dixitque Iudith puella suæ ut staret foris ante cubiculum, & observaret.

6. Stetitque Iudith ante lectum, orans cum lacrymis, & labiorum motu in silentio.

7. dicens: Confirma me Domine Deus Israël, & respice in hæc hora ad opera manuum mearum, ut, sicut promisisti, Ierusalem civitatem tuam erigas: & hoc quod credens per te posse fieri cogitavi, perficiam.

8. Et cum hæc dixisset, accessit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat, exolvit.

9. Cumque evaginasset illum, apprehendit comam capitis eius, & ait: Confirma me Domine Deus in hac hora.

10. & percussit bis in cervicem eius, & abscondit caput eius, & evolvit corpus eius truncum.

11. Et post pusillum exivit, & tradidit caput Holofernis ancillæ suæ, & iussit ut mitteret illud in peram suam.

12. Et exierunt duæ, secundum consuetudinem suam, quasi ad orationem, & transierunt castra, & gyrantes vallem, venerunt ad portam civitatis.

13. Et dixit Iudith a longè custodibus murorum: Aperite portas, quoniam nobiscum est Deus, qui fecit virtutem in Israël.

14. Et factum est, cum audissent viri vocem eius, vocaverunt presbyteros civitatis.

15. Et concurrerunt ad eam omnes, a minimo usque ad maximum: quoniam sperabant eam iam non esse venturam.

16. Et accendentes luminaria congyra-

verunt circa eam universi: illa autem ascendens in eminentiorem locum, iussit fieri silentium. Cumque omnes tacuissent,

17. dixit Iudith: Laudate Dominum Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se:

18. & in me ancilla sua adimplevit misericordiam suam, quam promisit domui Israël: & interfecit in manu mea hostem populi sui hac nocte.

19. Et proferens de pera caput Holofernis, ostendit illis, dicens: Ecce caput Holofernis principis militiae Assyriorum, & ecce conopæum illius, in quo recubebat in ebrietate sua, ubi per manum femine percussit illum Dominus Deus noster.

20. Vivit autem ipse Dominus, quoniam custodivit me Angelus eius & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc revertentem, & non permisit me Dominum ancillam suam conquinari, sed sine pollutione peccati revocavit me vobis gaudentem in victoria sua, in evasione mea, & in liberatione vestra.

21. Confitemini illi omnes, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius.

22. Universi autem adorantes Dominum, dixerunt ad eam: Benedicte te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.

23. Porro Ozias princeps populi Israël, dixit ad eam: Benedicta es tu filia Domini Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram.

24. Benedictus Dominus, qui creavit cælum & terram, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorum nostrorum:

25. quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro quibus non percipisti animæ tue propter angustias & tribulationem generis tui, sed subvenisti ruinæ ante conspectum Dei nostri.

26. Et dixit omnis populus: Fiat, fiat.

27. Porro Achior vocatus venit, & dixit ei Iudith: Deus Israël, cui tu testimonium dedisti quod ulciscatur se de inimicis suis, ipse caput omnium incredulorum incidit hac nocte in manu mea.

28. Et ut probes quia ita est, ecce caput Holofernis, qui in contemptu superbie sue Deum Israël contempsit, & tibi interitum minabatur, dicens: Cum

Rr 3

ca-

*Psal. 105.
1. & 106.
1.

captus fuerit populus Israël, gladio perforari præcipiam latera tua.
 29. Videns autem Achior caput Holofernis, angustius præ pavore, cecidit in faciem suam super terram, & æstuavit anima eius.
 30. Postea verò quàm resumpto spiritu recreatus est, procidit ad pedes eius, & adoravit eam, & dixit:
 31. Benedicte tu a Deo tuo in omni tabernaculo Iacob, quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israël.

CAPUT XIV.

Holofernis capite in muro Bethulie suspensus, Achiorque circumciso, Iudæi in Assyrios irruunt; qui Holofernem excitantes, mortuūque invenientes, vehementi timore concutiuntur.

1. **D**ixit autem Iudith ad omnem populum: Audite me fratres, suspendite caput hoc super muros nostros:

2. & erit, cum exierit Sol, accipiat unusquisque arma sua, & exite cum impetu, non ut descendatis deorsum, sed quasi impetum facientes.

3. Tunc exploratores necesse erit ut fugiant ad principem suum excitandum ad pugnam.

4. Cumque duces eorum cucurrerint ad tabernaculum Holofernis, & invenerint eum truncum in suo sanguine volutum, decidit super eos timor.

5. Cumque cognoveritis fugere eos, ite post illos securi, quoniam Dominus conteret eos sub pedibus vestris.

6. Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Israël, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circumcidit carnem præputij sui, & appositus est ad populum Israël, & omnis successio generis eius usque in hodiernum diem.

7. Mox autem ut ortus est dies, suspenderunt super muros caput Holofernis, accepitque unusquisque vir arma sua, & egressi sunt cum grandi strepitu & ululatu.

8. Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt.

9. Porro hi, qui in tabernaculo erant, venientes, & ante ingressum cubiculi perstreptentes, excitandi gratiâ, inquietudinem arte moliebantur, ut non ab excitantibus, sed a sonantibus Holofernes evigilaret.

10. Nullus enim audebat cubiculum virtutis Assyriorum pulsando aut intrando, aperire.

11. Sed cum venissent eius duces ac tribuni, & universi maiores exercitus regis Assyriorum, dixerunt cubiculariis:

12. Intrate, & excitate illum, quoniam egressi mures de cavernis suis, ausi sunt provocare nos ad prælium.

13. Tunc ingressus Vagao cubiculum eius, stetit ante cortinam, & plausum fecit manibus suis: suspicabatur enim illum cum Iudith dormire.

14. Sed cum nullum motum iacentis sensu aurium caperet, accessit proximans ad cortinam, & elevans eam, vidensque cadaver absque capite Holofernis in suo sanguine tabefactum iacere super terram, exclamavit voce magnâ cum fletu, & scidit vestimenta sua.

15. Et ingressus tabernaculum Iudith, non invenit eam, & exiit foras ad populum,

16. & dixit: Una mulier Hebræa fecit confusionem in domo regis Nabucodonosor: ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo.

17. Quod cum audissent principes virtutis Assyriorum, sciderunt omnes vestimenta sua, & intolerabilis timor & tremor cecidit super eos, & turbati sunt animi eorum valde.

18. Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum eorum.

CAPUT XV.

Assyrij cæde ducis sui percussis, omnibus relicti fugiunt; at Iudæi eos persequuntur, & cædunt: & spoliis collectis plurimum ditati sunt: Iudith autem a pontifice & populo benedicitur; & quæ Holoferni propria fuerant, ipsi traduntur.

1. **C**umque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens & consilium ab eis, & solo tremore & metu agitati, fugæ præsidium sumunt,

2. ita ut nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite, relicti omnibus, evadere festinabant Hebræos, quos armatos super se venire audiebant, fugientes per vias camporum & semitas collium.

3. Videntes itaque filij Israël fugientes, secuti sunt illos. Descenderuntque claudentes tubis, & ululantes post ipsos.

4. Et

4. Et quoniam Assyrij non adunati, in fugam ibant præcipientes: filij autem Israël uno agmine persequentes, debilitabant omnes, quos invenire potuissent.

5. Misit itaque Ozias nuncios per omnes civitates & regiones Iudæiæ:

6. Omnis itaque regio, omnisque urbs electam juventutem armatam misit post eos, & persecuti sunt eos in ore gladij, quibusque pervenirent ad extremitatem finium suorum.

7. Reliqui autem, qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum, & prædam, quam fugientes Assyrij reliquerant, abstulerunt, & onustati sunt valde.

8. Hi verò, qui victores reversi sunt ad Bethuliam, omnia quæ erant illorum attulerunt secum, ita ut non esset numerus in pecoribus, & iumentis, & universis mobilibus eorum, ut a minimo usque ad maximum omnes divites fierent de prædationibus eorum.

9. Iocim autem summus pontifex de Ierusalem venit in Bethuliam cum universis presbyteris suis ut videret Iudith.

10. Quæ cum audisset ad illum, benedixerunt eam omnes unâ voce, dicentes: Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri:

11. quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eò quòd castitatem amaveris, & post virum tuum, alterum nescieris: ideò & manus Domini confortavit te, & ideò eris benedicta in æternum.

12. Et dixit omnis populus: Fiat, fiat.

13. Per dies autem triginta, vix collecta sunt spolia Assyriorum a populo Israël.

14. Porro autem universa, quæ Holofernis peculiaria fuisse probata sunt, dederunt Iudith in auro, & argento, & vestibus, & gemmis, & omni suppellectili, & tradita sunt omnia illi a populo.

15. Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, & juvenibus, in organis, & citharis.

CAPUT XVI.

Canticum Iudith ob victoriam: venit populus Ierusalem holocausta cum gratiarum actionibus oblaturus: tandemque Iudith plena dierum moritur; & dies huius victorie perpetuò apud Iudæos in numero sanctorum dierum celebratur.

1. **T**unc cantavit canticum hoc Domino Iudith, dicens:

2. Incipite Domino in tympanis, can-

tate Domino in cymbalis, modulamini illi psalmum novum, & exaltate, & invocato nomen eius.

3. Dominus conterens bella, Dominus nomen est illius.

4. Qui posuit castra sua in medio populi sui, ut eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum.

5. Venit Assur ex montibus ab Aquilone in multitudine fortitudinis suæ: cuius multitudo obturavit torrentes, & equi eorum cooperuerunt vales.

6. Dixit se incensurum fines meos, & juvenes meos occisurum gladio, infantes meos dare in prædam, & virgines in captivitatem.

7. Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus femine, & confodit eum.

8. Non enim cecidit potens eorum a juvenibus, nec filij Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes opposuerunt se illi, sed Iudith filia Merari in specie faciei suæ dissolvit eum.

9. Exiit enim se vestimento viduitatis, & induit se vestimento lætitiæ in exultatione filiorum Israël.

10. Unxit faciem suam unguento, & colligavit cincinnos suos mirrà, accepit stolam novam ad decipiendum illum.

11. Sandaliæ eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captivam fecit animam eius, amputavit pugione cervicem eius.

12. Horruerunt Persæ * constantiam eius, & Medi audaciam eius.

13. Tunc ululaverunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles mei, arescentes in siti.

14. Filij puellarum compunxerunt eos, & sicut pueros fugientes occiderunt eos: perierunt in prælio a facie Domini Dei mei.

15. Hymnum cantemus Domino, hymnum novum cantemus Deo nostro.

16. Adonai Domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest.

17. Tibi serviat omnis creatura tua. * quia dixisti, & facta sunt: misisti spiritum tuum, & creata sunt, & non est qui resistat voci tue.

18. Montes a fundamentis movebuntur

19. intelligitur. Quare eorum omninò corrumpat argumentum necesse est; qui inde probari posse putant, hanc historiam sub imperantibus Persis contigisse.

* Gener. 1. Psalm. 32. 9.

* Holofernis gentiles, scilicet. Et alioquin, Persica regio Chaldei tunc subiecta aut federata, ut apparet ex Isaiæ 22. 6. Imò ita aliquando latè sumitur illud vocabulum, ut Syriam, & Mediam, & Chaldeam comprehendat, ut vel ex 2. Machab. 1.

cum aquis: petra, sicut cera, liquescent ante faciem tuam.

19. Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia.

20. Væ geni insurgenti super genus meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis; in die iudicii visitabit illos.

21. Dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum, ut urantur, & sentiant usque in sempiternum.

22. Et factum est post hæc; omnis populus post victoriam venit in Ierusalem adorare Dominum: & mox ut purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & vota, & remissiones suas.

23. Porrò Judith universa vasa bellica Holofernis, quæ dedit illi populus, & conopæum, quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema oblivionis.

24. Erat autem populus iucundus secundum faciem sanctorum, & per tres menses gaudium huius victoriæ celebratum est cum Judith.

25. Post dies autem illos unusquisque rediit in domum suam, & Judith magna facta est in Bethulia, & præclarior erat universæ terræ Israël.

26. Erat etiam virtuti castitas adiuncta,

ita ut non cognosceret virum omnibus diebus vite suæ, ex quo defunctus est Manasses vir eius.

27. Erat autem diebus festis procedens cum magna gloria.

28. Mansit autem in domo viri sui annos centum quinque, & dimisit abrahæ suam liberam, & defuncta est ac sepulta cum viro suo in Bethulia.

29. Luxitque illam omnis populus diebus septem.

30. In omni autem spatio vite eius non fuit qui perturbaret Israël, & post mortem eius annis multum.

31. Dies autem victoriæ huius festivitatis, ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur a Iudæis ex illo tempore usque in præsentem diem.

32. *Gr. Et senit in domo viri sui annos centum & quinque.* Clariùs etiam Syriam. Et conuenit in domo Manassis viri sui, factique centum & quinque annorum, mortua est, &c. Unde patet totum vite eius spatium ibi describi, non illud quò post debilitatum Holofernem superstes fuit, quod quamvis illis concedatur qui ad Xerxis aut alterius Persarum regis tempora hanc historiam referunt: tantum aberit ut id illis faveat, ut etiam multum aduersetur. Etenim vix simile vero fit Persarum ævo, mulieres ad annos 140. vel 150. vitam perduxisse: quod inde tamen efficeretur; cum ætatis iam valde mature fuisse Judith necesse sit, quando Holofernem adit, illudque facinus perpetravit, quod iuniori muliercule ascribere, ratio vix suadet. Multo certè antiquiori sæculo, Sara, que femine sexis unica est, cuius integra ætas in reliquis scripturis habeatur ad annos tantum 127. pervenisse legitur. Genes. 23. 1.

LIBER ESTHER.

ASUERI, ut & ARTAXERXIS nomen, pluribus principibus commune fuisse, nemo nescit. Quis autem sit ille de quo nunc agitur; alij aliter sentiunt. Nos cum Darium Hystaspis filium esse arbitramur, nec eam historiam alteri superiorum aut posteriorum regum ascribi facile posse decimus.

PRIMò enim Mardocheus Estheræ avunculus, ipsâ teste scripturâ (Esth. 2. 6. & 11. 8.) translatus fuerat a Nabuchodonosore magno, una cum Iechonia rege. Itaque cum ab hac translatione, que ann. mundi 3405. facta est, ad huius Darij sive Astueri 12. qui est mundi 3494. quo Aman de perendis Iudæis consilium inivit, anni iam 89. effluerint; vitam Mardochei longè ultra producere prorsus absurdum est: Quâ exceptione, planè reges omnes Dario posteriores excluduntur. Nam qui loca scripturæ suprâ citata in alium sensum vocant, a vero mihi aberrare videntur: cum neque id ullâ firmet certâ ratione, & alia loca que ad mentem suam stabilendam adducunt, minùs similia sint; atque adeò, id quò volunt efficiant minime.

SECUNDò. Cum hunc Artaxerxem sive Assuerum Persarum regem fuisse pateat hic cap. ultim. iis notis describitur in hac tota historia, que in nullam alium antecessorum regum cadunt. Dicitur enim regnasse ab Indiâ usque ad Æthiopiam. Et Æthiopiam quidem primas acquisierat Cambyses: at Indiâ nullus ante Darium subegerat. Adde quòd huc Assuero anni plures quàm 12. assignentur a scriptura, cum Cambyses, ne ostio quidem imperij annos impleverit, teste Herodoto.

TERTIò. Aserit sacer contextus, Susan caput regni Assuero fuisse, & in ea solum regni eum habuisse; quod apprime in hunc Darium convenit, a quo urbem Susam conditam fuisse refert Plinius; hoc est novam omnino factam, & regiarum ædium magnificentia

* Gr. Et senit in domo viri sui annos centum & quinque. Clariùs etiam Syriam. Et conuenit in domo Manassis viri sui, factique centum & quinque annorum,

mortua est, &c. Unde patet totum vite eius spatium ibi describi, non illud quò post debilitatum Holofernem superstes fuit, quod quamvis illis concedatur qui ad Xerxis aut alterius Persarum regis tempora hanc historiam referunt: tantum aberit ut id illis faveat, ut etiam multum aduersetur. Etenim vix simile vero fit Persarum ævo, mulieres ad annos 140. vel 150. vitam perduxisse: quod inde tamen efficeretur; cum ætatis iam valde mature fuisse Judith necesse sit, quando Holofernem adit, illudque facinus perpetravit, quod iuniori muliercule ascribere, ratio vix suadet. Multo certè antiquiori sæculo, Sara, que femine sexis unica est, cuius integra ætas in reliquis scripturis habeatur ad annos tantum 127. pervenisse legitur. Genes. 23. 1.

amplificatam, ut narrat Elianus; in qua etiam reconditos & asservatos ipsius thesauros fuisse ait Herodotus.

QUARTò. Refert scriptura Assuerum adamasse Estheram (quam Edissam sive Hadassam quoque nominat) præ omnibus aliis virginibus, & diadema regni imposuisse in capite eius. Narrat verò Herodotus Darium hunc, virginem quamdam ex uxoris maxime adamasse, eiusque imaginem ex auro solido compactam habuisse, quæ bellè inter se congruunt; quamvis Artisonam, corrupto fortè nomine, eam appelleret.

QUINTò. Assuerus ille, eadem alibi testante scripturâ (infra cap. 10.) cunctas insulas maris sibi fecit tributarias: At Thucyde auctore, Darius iste insulas, Phœnicum classe subegit; etque, ut refert Plato in Menexeno, dominatus est. Id verò nec ad Xerxis huius filij tempora referri potest, qui ex Græciâ fugatus ante annum regni sui 12. eas insulas amiserat; quibus post annos regni 12. Assuerum illum nostrum & dominatum esse, & tributum imposuisse, scripturæ significant: nec item ad alium posteriorum regum, quorum nullas has insulas, (si parvam Claxomenem & Cyrum excipias) sibi subiectas habuit, ut constat ex Antaleidæ pacis formulâ apud Xenophontem, Hellen. 5.

SEXTò. Darius iste primis gentibus tributa imposuisse dicitur ab ethnicis auctoribus, unde & Κάπριος, id est caupo & institor dictus est, ut narrat Herodotus; cum sub Cyro & Cambyse nihil adhuc simile visum esset, sed tantum munera afferri solerent.

SEPTIMò. Quæ lib. 3. Esdræ cap. 3. dicuntur, & a Iosepho etiam narrantur, (Antiq. l. 11. c. 4.) de amplitudine imperij huius Darij, & de magna illa cœna, quam exhibuit præfectis qui sub illo erant ab India usque ad Æthiopiam, centum viginti septem provinciis, ita cum iis congruunt, quæ hic de Assuero dicuntur, ut unam eundemque regem esse vix dubitandi locum relinquant.

OCTAVò. Cum Artaxerxes ille dicat infra cap. 13. vers. 2. se universum orbem subiecisse sue ditioni, non a maioribus accepisse: id vix alij cuiquam Persarum regum, quam Cyro aut Dario convenire manifestum est. Non autem Cyro, ob causas allatas. Ergo Dario.

NONò denique. Quod capite ult. huius libri vers. 16. narratur de Assuero hoc, qui agnoscit beneficio Dei Israël traditum sibi suisque decessoribus & conservatum imperium; apprime convenit cum voto quod Deo cœli nuncupavit Darius Hystaspis, in die qua regnum accepit. 3. Esdræ 4. v. 43. & seq. se nempe instauraturum templum: quod etiam confirmant Iosephus, & adamussim quadrat cum edicto eiusdem Darij, 1. Esdræ 6.

MANIFESTUM itaque, ni fallor, nulli nec priorum, nec posteriorum regum, magis quam Dario Hystaspis convenire quæ huc Assuero a sacra scriptura assignantur.

His ergo diligenter expensis, credimus non solum hunc Assuerum esse nostrum Darium (quem, ut olim Cyrum, ita nunc Deus ad regium fastigium, viâ singulari evexisse videtur, ut populo suo consulere) sed etiam Vasthî reginam, Atossam Cyri filiam arbitramur, quam statim regnum adeptus duxit, ut illud non tam ad alienos transisse, quam in regia familia mansisse videretur: unde etiam coniecere est, eum eodem quoque tempore, regia Assueri Artaxerxisque cognomina sibi assumere voluisse olim Cyro Cambysique iam quidita, quòd hoc commune esset regum Persarum, sicut illud Medorum, quorum utrorumque maiestas & potentia ad Darium erat devoluta: Estheram verò, sive Edissam aut Hadassam, Herodoti Artyssonam virginem esse decimus.

Quin cum Atossa & Adassa, sicut maxime similia nomina: fortassis non multum abudet a vero, qui in Herodoto coniecturata esse vocabula, ut Artyssona sit potius Vasthî prior coniux, Atossaque posterior; sive illa virgo, quam Adassam vel Edassam, atque Estheram scriptura appellat. Quòd verò addit Herodotus, utramque Cyri fuisse filiam, facile ex eo factum esse potuit, quòd cum audisset posteriorem illam coniugem esse de posteris Cis (patet id infra, 2. 5.) nominis Persis prorsus ignoti, Cyri potius dicendam fuisse sit arbitratum.

Celebratum autem videtur illud Assueri, sive Darij, convivium, postquam Persas, conspirationis illius, quâ Mago interempto regnum sibi paraverat, consortes, sibi tandem factos onerosos, (ait Valer. Max.) de medio sustulit: cum gloriam absolute tunc demum monarchiæ, & decorem magnitudinis suæ vellet ostendere; ut magnatum animos, ex eò fortè commotos mitigaret, ac populum demulceret: dum interea regia uxoris regios animos gerentis, fastidium & arrogantiam expertus est.